Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26264
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uertisse. & omnes discipulos & amicos eius qui so
lebant ad synagogam conuenire ihesum christum
per iacobum credidisse. optulerunt pecu
nias centurionibus duobus qui preerant iero
solimis lysia & theocrito. Qui tenuerunt
eum & miserunt in custodiam. facta autem
apostolo seditione. dictum est debere eum pro
duci & secundum legem audiri. Tunc phari
sei dicebant ei. Ut quid predicas ihesum ho
minem quem inter latrones crucifixum
omnes scimus. Tunc iacobus repletus spiritu
sancto dixit. Audite uiri fratres & omnes qui uos
abrahe filios esse scitis. Promisit deus pa
tri nostro abrahe quod in semine eius heredi
tarentur omnes gentes. Semen autem eius non est
super ismahel. sed super ysaac. Ille enim cum ma
tre sua agar eiectus. a portione seminis
abrahe exclusus est. abrahe autem dictum
est. quia in ysaac uocabitur tibi semen.